

Tu regis alti janua  
 Et aula lucis fulgida  
 Vitam datam per virginem,  
 Gentes redemptœ, plaudite.

Maria, mater gratiœ,  
 Mater misericordiœ,  
 Tu nos ab hoste protege  
 Et horâ mortis suscipe.

---

Felix es, virgo sacra, et omni laude dignissima, quia ex te ortus est sol justitiœ.

---

Recordare, ô virgo, Mater Dei, dum steteris in conspectu Dei, ut loquaris pro nobis bona, et ut avertas indignationem suam à nobis.

---

Memorare, ô piissima Virgo Maria, non esse auditum à sæculo quemquam à tua curentem præsidia, tua implorantem auxilia, tua petentem suffragia esse derelictum: ego, tali animatus confidentiâ, ad te venio, ad te, virgo virginum mater, curro, coram te gemens peccator assisto. Noli, Mater Verbi, verba mea despiciere, sed audi propitia et exaudi. Amen.

---

Sub tuum præsidium confugimus, Sancta Dei Genitrix; nostras deprecationes ne despicias in necessitatibus nostris; sed a periculis cunctis libera nos semper, Virgo gloriosa et benedicta.

---